



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

Quomodo per Christum liberati sumus à peccati captiuitate.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

1. Reg. 3.  
 Genes. 35.  
 & 49.  
 2. Reg. 16.  
 1. Reg. 21.  
 Dan. 4.  
 Rom. 7.  
 Ioan. 8.

qui tandem eam trucidauit. Amon cum  
 forore, 2. Re. 13. Rubē cū nouerca, Gen. 35.  
 & 49. Absalon cum concubinis patris,  
 2. Reg. 16. Patet etiam de irascibili vi in  
 Saule contra sacerdotes Domini, primi  
 Reg. 21. Captiuatur etiam sensus ob pec-  
 catum, vt cernere est in Nabucod. qui fa-  
 ctus vt bos, Dan. 4. Per peccatum etiam  
 ex regibus fiunt serui. Patet de Ieconia,  
 Balthaf. & regibus Palestinæ, quos sube-  
 git Iosue & intercudit. Passiones siquidē  
 peccatorum fructificant morti. Rom. 7.  
 Animaduerte quæso quàm lōgè grauior  
 sit illa peccati captiuitas & seruitus Ægy-  
 ptiaca & Babylonica, à qua non Moyfes,  
 non Cyrus, non Esdras, qui & Malachias  
 secundum Hebræos, nec alius quisquam  
 liberat, sed solus Christus, qui dicit, Ioã. 8.  
 Si filius vos liberauerit verè liberi eritis.

CAP. 15. *Quomodo per Christum liberati su-  
 mus à peccati captiuitate.*

Rom. 8.


 Hristus veniens in similitudi-  
 nem carnis peccati, Rom. 8. de  
 peccato, id est de se ipso, facto  
 hostia, pro peccato damnauit  
 peccatum. Apud Hebræos enim eodem  
 nomine

nomine vocatur peccatum & hostia pro  
 peccato chata <sup>נשף</sup> Vnde Isai. 53. Si po- <sup>Isai. 53.</sup>  
 fuerit pro peccato animam suam videbit  
 semen longæuum, & secundæ ad Corin. 5. <sup>2. Cor. 5.</sup>  
 cum qui non nouerat peccatum, pro no-  
 bis fecit peccatum, id est hostiam pro pec-  
 cato, vt nos efficeremur iustitia Dei in ip-  
 so qui ad hoc venit vt tolleret peccata  
 mundi. Ioan. 1. vnde, Matt. 1. Vocabis no- <sup>Ioan. 1.</sup>  
 men eius Iesum, id est, saluatorem. Ipse <sup>Matth. 1.</sup>  
 enim saluum faciet populum suum à pec-  
 catis eorum, quemadmodum præcinnit  
 Dauid. Psal. 129. Et ipse redimet Israel ex <sup>Psal. 129.</sup>  
 omnibus iniquitatibus eius. Lex enim nõ  
 liberabat à seruitute peccati: quinimo lex  
 erat virtus peccati, 1. ad Corint. 15. augens <sup>1. Cor. 15.</sup>  
 peccatum, Rom. 7. per affectum peccan- <sup>Rom. 7.</sup>  
 di. Quare qui sub lege militabant, caue-  
 bant à peccatis externè, vel timore pœ-  
 næ, vel affectione commodi. Idque vi le-  
 gis carnis non oppressa per legem spiri-  
 tus, Rom. 7. condelector enim legi Dei <sup>Rom. 7.</sup>  
 secundum interiorem hominem: video  
 autem aliam legem in membris meis re-  
 pugnantem legi mentis meæ, & capti-  
 uantem me in lege peccati: quis me libe-  
 rabit? gratia Dei per Iesum Christum, per

quem contritum est caput serpētis, id est,  
*Gene. 3.* regnum peccati, *Gene. 3.* Iugum oneris  
*Esa. 9.* virga humeri & sceptrum diaboli. *Esa. 9.*  
*Colof. 2.* Ad hoc siquidē passus est Christus vt suo  
 sacrificio deleteret chyrographum decreti,  
 ad *Colof. 2.* & impetraret vt verus sacer-  
 dos remissionem omnium peccatorum  
*Matth. 26.* suis. *Matth. 26.* hic est sanguis qui pro vo-  
 bis effundetur in remissionem peccato-  
 rum. *1. Ioan. 1.* Ideo, *1. Ioan. 1.* dicitur, sanguis Chri-  
 sti emundat nos ab omni peccato, in quo  
 habemus redemptionem & remissionem  
 peccatorum. Virtus autem & sanguinis &  
 mortis Christi nobis applicatur, fide & sa-  
 cramentis, per quæ haurimus gratiam ex  
 illo fonte, vt iam peccatum non regnet  
 in nobis credentibus, sed gratia per iusti-  
 tiam, *Rom. 6.* Nihil enim damnationis  
 est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui nō se-  
 cundum carnem ambulant, sed secundū  
 legem spiritus, quæ est charitas, quæ fa-  
 cit vt iam non timore pœnæ, vel affectu  
 proprij commodi, ex philautia, sed Dei  
 amore, per quem moritur in nobis om-  
 nis affectus peccandi, vt iam nō obedia-  
 mus cōcupiscentiis nostris nec domine-  
 tur in nobis peccatum, sicut nec mors in


Christo dominatur, in cuius morte baptizati sumus, ut omnino moriamur peccato. Per legem equidem carnis diabolus dominabatur mundo. At cum regeneramur, in Christo liberamur ab huius legis vi, atque dominatu, à peccati originis reatu & dānatione. Tametsi remaneat actu illa concupiscentia, quam Paulus vocat peccatum, id est pœnam peccati, sicut & Petrus, 1. Petr. 2. Pertulit in corpore suo peccata, hoc est pœnas peccatorum nostrorum per quas deleuit & pœnas & culpas suorum. Ea tamen concupiscentia inefficax est in regeneratis, nisi relinquāt legem spiritus, sintque desertores militiæ & vexillorum Christi, ut iterum seruiant carni & semetipsos subdant legibus diaboli ex filiis fidei fiant filij diffidentia: in quibus est efficax spiritus erroris, Ephe. 2. & Colos. 2. Atqui baptismus tollit peccatum, daturque in eo spiritus sancti gratia contra concupiscentiam, ut virtute spiritus iustificatio legis in nobis impleatur, qui non secundum carnem sed secundum spiritum ambulamus. Ideo si quis spiritum Christi non habet non est eius, qui est arabo hæreditatis nostræ, qui reddit testi-

Rom. 8.  
Bernar. ser.  
cœnæ domi-  
ni de baptis-  
mo.

1. Petr. 2.

Ephes. 2. &  
Coloss. 2.

Rom. 8.  
Eph. 1. & 4.  
& 2. ad  
Corint. 5.



Rom. 8. &  
ad Gal. 4.

monium spiritu nostro quod sumus filij Dei, quādo sentimus nos haudquaquam accepisse spiritū seruitutis in timore, sed spiritū amoris & adoptionis: in quo clamamus Abba pater, siquidē nō timemus eum vt serui qui plus metuūt pœnā quā dominum, sed amamus vt filij patrem, seruiamus ei & obseruamus eius iussa amore.

Rom. 8. &  
ad Gal. 4.

Qui tales sunt filij, sunt hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. Ipsius autem baptismi vis tota vita exercenda est, vt illa concupiscentia radix omnis peccati sensim eradicetur, donec absorbeat quod mortale est, idque mortificatione & abnegatione sui.

2. ad Cor. 5.  
Rom. 6. &  
8. & 2. ad  
Cor. 4.

CAP. 16

*De seruitute miseriæ & mortis, à quibus asserti per victoriam Christi.*

Rom. 8.  
Iob 14.



EX seruitute culpæ (de qua supra) fusissimè sequitur durissima illa captiuitas innumerarū calamitatum de quibus Rom. 8. & Iob. 14. Fames, sitis, frigus, calor, egritudines, quas Physici dicunt esse trecentas, quibus subijcitur miserū corpus humanum. Vnde Salomon cū memoraf-